EN LA CIVDAD

DE XEREZ DE LA FRONTERA EN treinta dias del mes de Diziembre, de mil y seiscientos y quarenta y siete años, en precencia del señor dotor don Fernando Roman Cornejo consultor del santo oficio de la Inquisicion, canonigo de la Iglesia colegial de la dicha ciudad, y protonotario apostolico en ambas signaturas, como persona constituida en dignidad, y por precencia de mi Diego Naruaez presuitero, y notario Apostolico, parecio el padre don Iuã marquez procurador del conuento de santa Maria de la defencion de la orden de Cartuxa extramuros de la dicha ciudad, y presentò la peticion de el tenor siguiente.

FRay Iuan Marquez religioso de la orden de Cartuja y monje professo del conuento de santa Maria de la defencion del dicho orden extra muros de la dicha ciudad, y su procurador por el dicho conuento, tiene necessidad de cien traslados autorizados, de manera que hagã fe de vna executoria librada por la sacra Rota de su Santidad, y por el ilustrissimo señor don Francisco de Roxas capellan de su Santidad de nuestro muy santo padre Vrbano octauo, y su refrendario Apostolico, y auditor de la sacra Rota, despachada en fauor del dicho mi conuẽto en la causa decimal que el dicho conuento Prior, y monjes del an seguido con los señores Dean, y cauildo de la santa Iglesia de la ciudad de Cadiz, por la qual cõsta que el dicho mi conuento, Prior, y monjes son esentos y libres de pagar diesmos de sus tierras, y posessiones, assi de las que labran con sus propias expensas, como de las que arriendan a colonos, y arrendatarios, de los quales las deuen de auer, y cobrar, por perteneserles por razon de los preuilegios concedidos por los sumos Pontifices que presentaron en el dicho pleito, y estan referidos en la dicha carta executoria, los quales como consta della an sido muchas vezes canoniçados por la sacra Rota; la qual dicha executoria està autoriçada de Pedro Cotuenio

nio notario del sacro palacio de las causas de la Rota, cellada con el sello del dicho señor auditor don Francisco de Roxas, y para que se saquen hago presentasion de la dicha executoria original.

A v. m. pido, y suplico mande que se impriman los dichos cien traslados, y que el dicho notario asista a la dicha imprenta, y los corrija, y autorize interponiendo en ello v. m. su autoridad, y judicial decreto, pido justicia, y para ello &c. Fr. Iuan Marquez.

E Vista por su merced el dicho señor doctor don Fernãdo Roman Cornejo protonotario Apostolico la dicha executoria y peticion dixe; que mandaua y mandò que el presente notario asista a la imprenta de la dicha executoria y haga imprimir los cien traslados que se piden y los corrija y enmiende; y sacados corregidos y enmendados los exiua y traiga ante su merced para los autorizar con su sello y firma: lo proueyò mãdò y firmò. D. don Farnando Roman Cornejo. Ante mi Diego Naruaez notario Apostolico.

SERENISSIMO, POTENTISSIMO, & Catholico Principi, & Domino Domino Philippo diuina fauente clementia, Hispaniarum, Castellæ, Legionis, Aragonum, Portugalie, Neapolis, vtriusq; Sicilliæ, citra, & vltra Pharum, Valentiæ, Nauarræ, Sardiniæ, &c. Regi, Archiduci Austriæ, Medionali, Burgundiæ Flandriæ &c. Duci, & Comiti Indiarum quoque Oriẽtalium, & occidentaliũ, maris Occeani, ac Noui Orbis Dominatori: Regnorum, Ducatuum, & aliorum Dominorum Vestrorum fœlicis prosperitatis augmentum. Nec non Illustrissimis, & Reuerendissimis in Christo Patribus, & Dominis Dominis Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo Hispalen, ac Corduben, et Gadicen. Episcopis, corumq. et cuiuslibet ipsorum in spiritualibus, et temporalibus, Vicarijs, seu Prouisoribus Generalibus. Vniuersis quoque, et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Sacristis, tam Cathe-

thedralium, etiam Metropolitanarum, quàm Collegiatarum Canonicis, Parroquialiũq. Ecclesiarum Rectoribus, et Loca tenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, et non Curatis, Vicarijs perpetuis, Altariſtis, ac Monaſteriorum, et Ordinum quorũcunque Generalibus, Prouincialibus, miniſtris, Guardianis, Fratribus. Monachis. Regularibus. Conuentualibus, Exemptis. et non Exemptis, cæteriſque Presbyteris. Clericis. Notarijs. et Tabellionibus publicis quibuſcũq; per dictorum Dominorum Archiepiſcopi, et Epiſcoporum Proninciasciuitates, & Diœceſes, ac alias vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum. Nec non etiam Illuſtriſsimis, & Excellentiſsimis, Illuſtribus, & Magnificis Viris Dominis Principibus, Ducibus, Marquionibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Domicellis, Capitaneis, Cõſulibus Iuſtitiareis, Aduocatis, ac Curiarum, quarumcunque tam ſpiritualium quàm temporalium, Terrarumq. Ciuitatum, oppidorum, Caſtrorũ Villarum, ac Vniuerſitatum quarũcunque, Maioribus, Rectoribus, Præfectis, Baiuliuis, nec non ſeruientibus Scribis, Præconibus, Alguazirijs, & Officialibus, Ceteriſque Dominis, & perſonis quibuſcunque Iuriſditionem ſpiritualem, tẽporalem, & Ordinariã, per ſe, vel aliũ, ſeu alios vbicunque pro tẽpore exercentibus, & conſtitutis, & eorum, cuilibet inſolidum Vniuerſis quoque, & ſingulis Arrendatoribus, Reddituarijs, Cenſuarijs, Decimatoribus, Emphyteutis, Colonis, Laboratoribus & poſſeſſoribus bonorũ, et decimarum de quibus agitur, illiq. vel illis ad quẽ, vel ad quos præſtatio. ſolutio. et conſignatio dd. decimarum cõmuniter. vel diuiſim ſpectat. et pertinet. Et precertim Illuſtribus. et RR. DD. Decano Canonicis. et Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Gadicen. exaduerſò principalibus. omnibuſque alijs et ſingulis. quorũ intereſt. intererit. aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum. quibuſcunque nominibus cenſeãtur. et quacunque præfulgeant dignitate. FRANCISCVS ROIAS IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR Santiſsimi Domini Noſtri Papæ Cappellanus. et ipſius

ſacri

Sacri Palatij Apostolici causarum Auditor Iudex Commissarius causæ, & causis, ac partibus infrascriptis, & executor vnicus ad infrascripta Apostolica auctoritate specialiter deputatus, salutem in Domino, & præsentibus fidé indubiam adhibere, ac in cómissis diligentiam facere, nostrisque huiusmodi, immò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS subinsertá cómissionis, siue supplicationis papyri cedulam de mense Augusti anni millesimi sexcentesimi trigesimi R.P.D. Francisco Mariæ Ghisilerio Coauditori Nostro præsentatam fuisse illũque eam, cũ ea qua decet reuerentia recepisse, tenoris sequentis videlicet. BEATISSIME Pater. Per diuersa Sedis Apostolicæ indulta, & priuilegia Apostolica Ordo, & personæ Cartusianorũ sunt exépti à præstatione decimarũ, ex bonis, & terris, quæ, & quas colunt, & faciunt ab alijs coli, suntq. in hac possessione immemorabili; in qua licet turbari non deberent, nihilominus Ecclesia Gadicen. prætendens contrariũ, & sibi decimas excertis terris, & bonis per dictos Patres Carthusianos Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœcesis, coli, & laborari solitis, deuotos Sanctitatis Vestræ Oratores, deberi, eosdem Oratores ad Nuncium Sanctitatis Vestræ in Oppido Madriti, et vltra tres dietas longè residenté desuper euocari fecit; è contra veró dd. Oratores ad suũ Conseruatoré recursum habuerunt, et sic vtraque pars quantum potuit Inhibitionibus obtentis sese tuita est. Verum quia Pater Sancte agitur de interpretatione dd. Indultorum, et præiudicio Vniuersali totius Ordinis et contra Ecclesiam Cathedralem, quæ potest statuere Ius contra alios, et alias personas, dispendiosumq. nimis esset Ordini prædicto agere coram Nuncio, præsertim quod vniuersaliter Iudex esse non potest, et eius sententia extra Hispaniam nihil operari solet. Ideo vt minori quo potest fieri dispendio quæstio hæc decimarum decidatur, supplicant dd. Oratores, ac totus huiusmodi Ordo quatenus dignetur præuia si opus est á dd. Nuncio, et Conseruatore auocatione, causam, et causas prædictas

dictas in statu, & terminis in quibus reperiuntur alicui ex Vestri Sacri Palatij, Apostolici causarũ Auditoribus, siue Locum tenenti audien.cognoscen.deciden. fineque debito terminan.cõmittere,& mandare; cũ facultate citandi dd. Aduersarios omnesque alios quos opus erit, etiã per edictũ publicum constito &c. illisq. & quibus videbitur sub sententijs,censuris, & pœnis inhibendi,cõtradictores in illas incidisse declarandi grauandi,aggrauandi, auxiliumque inuocandi,attentata, & innouata quæcunque prout de Iure reuocandi, aliaque faciendi &c. Pręmissis Constitutionibus,& Ordinationibus Apostolicis,cæterisque contrarijs quibuscunque,non obstantibus statum &c. Quæ quidẽ cõmissio duas in eius pede habebat signaturas,quarum prima talis erat, videlicet. De mandato Domini nostri Popæ audiat Magister Franciscus Maria citet etiã per edictum, inhibeat etiã sub censuris,procedat,vt petitur,& iustitiã faciat. Altera verò talis erat,videlicet. Placet Domino Nostro Papæ. Berlingherius Cardinalis Gypsius. CVIVS commissionis vigore dictus R. P. D. Franciscus Maria Ghisilerius Coauditor Noster ad RR. Patrum Gartusianorũ Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœces. principalium,siue eorum Procuratoris instantiam citationẽ legitimã, vná cũ inhibitione sub pœnis, et censuris in serta, contra Illustres, et RR. DD. Decanum, Canonicos, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. exaduersò principales, omnesque alios, et singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes extra Romanã Curiam, et ad partes in forma solita, et consueta decreuit, et concessit;Sed cum interim Illustrissimus, et Reuerendissimus D. Nuncius Apostolicus tunc in Hispaniarum Regnis residens, ad vlteriora in causa, et causis huiusmodi processisset, dictosq RR. PP. Carthusianos dicti Oppidi de Xerex de la Frontera Hispalen. Diocces. principales grauasset, ab huiusmodi grauamine appellatione interposita, causa dictæ appellationis Reuerendissimo D. Paulo Duran nunc eiusdem Sacri palatij Apostolici causarum Auditori,& tunc Epis

copo Vrgellen. commissa extitit in vim specialis rescripti Apostolici, cuius tenor est qui sequitur, videlicet. Gadicé. A.Cortetius. BEATISSIME Pater, dignetur S.V. causá, & causas appellationis appellationũ intra legitima tépora interpositæ, & interpositarũ nullitatis, & nulitatũ ex tribus, & notoriæ iniustitiæ, attentatorum, & innouatorũ quorũcunque á quadã prætensa diffinitiua sententia, seu decreto diffinitiuo, lata, seu promulgato in prima instantia per Nuncium Apostolicum in Regno Hispaniarum residenté, siue illius Auditorem ad assertũ fauoré Decani, Canonicorum, & capituli Ecclesiæ Gadicen. agentium ex vna, & contra, & aduersus Priorem, Monacos, & Monasterium Carthusiæ de Xerez reos conuentos, deuotos S. V. Oratores de, & super quibusdã bonis valoré auri de Camera mille excedentibus, rebusque alijs in actis causæ, et causarũ huiusmodi latius deductis, et illorũ occasione partibus ex altera, necnon quã, et quas ipsi Oratores habent, et mouét, habereque, et mouere volunt, et intendunt contra aduersarios prædictos, quã omnes alios interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, at restitutionis in integrum, pro vt de Iure, cum clausula, *Si qua mihi, &c.* pro vt Iuris fuerit cognoscen. deciden. fineq. debito terminan. vna cum omnibus, et singulis suis inciden. emergen. annexis, et connexis, vná cum toto negocio principali, summariè prout in beneficialibus aliqui, ex Vestri Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, siue Locumtenenti committere, et mandare, prout de iure, cum potestate citandi, et inhibendi, etiã sub censuris, et pœnis, omniaque alia, et singula faciendi, dicendi, gerendi, et exercendi in præmissis, et sirca ea necessaria, seu alias quomodolibet opportuna Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, et Curiæ, cæterisque contrarijs, non obstan. quibuscunque, statum &c. pro plenè, et sufficienter expressis haben. Quæ quidem commissio duas pariter in eius pede habebat signaturas, quarum prima talis erat, videlicet. De mandato

Domini

Domini Nostri Papæ, audiat Magister Paulus, citet, inhibeat etiam sub censuris, procedat, vt petitur, & iustitiam faciat. Altera verò talis erat, videlicet. Placet Domino Nostro Papæ, Cardinalis Antonius Barberinus. VIGORE cuius commissionis Reuerendissimus D. Paulus Duran tunc vt præfertur S. Rotæ Auditor, nunc verò Episcopus Vrgellen. de mense Augusti anni millesimi sexcentesimi trigesimi secundi, præfatis RR. Patribus Carthusianis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœces. principalibus instantibus citationem legitimam, vná cum inhibitione sub pœnis, & censuris inserta contra dd. Illustres, & RR. DD. Decanos, Canonicos, & capitulum Ecclesiæ Gadicen. exaduersò principales, omnesque alios, & singulos sua cõmuniter, vel diuisim interesse putan. extrad. Rom. Cur. & ad partes in forma solita, & consueta decreuit, & concessit; sed cum post modum dd. RR. Patres Carthusiani Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalẽ. Diœc. principales, prætenderent non solum fuisse illis per d. Illustrissimum, et Reuerendissimũ D. Nuncium Apostolicum, qui mandatum de manutenendo ad fauorẽ dd. RR. DD. Decani, Canonicorum, et Capituli Gadicen. exaduersó principalium relaxauerat. Verum etiam per Ordinarium Gadicen. d. mandati executorẽ deputatum illatum grauamen, et multa inde attentata resultasse, ab his omnibus prouocarunt, et appellarunt, causamque appellationis huiusmodi dicto R. P. D. Francisco Mariæ Ghisilerio Coauditori Nostro committi obtinuerunt; cui proinde subinserta commissio copiá alterius cõmissionis eidẽ de mense Augusti anni millesimi sexcentesimi trigesimi dictæ in eius capite habens præsentata extetit, tenoris sequent. videlicet. Gadicen. seu Hispalen. A. Cortesius. BEATISSIME Pater, supradicta commissio fuit R. P. D. Francisco Mariæ pręsentata, & illius vigore suas inhibitoriales literas contra dictum Nuncium, omnesque alios in forma solita, sub die decimanona Augusti millesimi sexcentesimi trigesimi, decreuit, & relaxauit. Quibus coram prædicto

Nuncio

Nuntio præsentatis licet causam, & causas prædictas
ad prędictum Rotæ Auditorem remittere debuisset; se
cus tamen agens mandatum de manutenendo prædic-
tis Decano, & Capitulo concesit, & pro illius execu-
tione cómissionem Ordinario Gadicen. in dd. causis
interesse habenti relaxauit. Qui quidem Ordinarius
non minus nulliter, quám iniustè contra dd. Oratores
pro exactione, ac recuperatione Decimarum tan antę
prædictæ litis contestationem, quàm postea causatarũ
per censuras Ecclesiasticas procesit. A quibus omni-
bus fuit pro Oratorum parte ad Sanctitatem Vestram
intra legitima tempora appellatum, ac per dictum Or-
dinarium Iudicem executorem huiusmodi appellatio-
ni, quoad vtrũque effectum delatum, & licet ad vlterio
ra in eadẽ causa procedere minimè debuisset; nihilomi
nus causam, seu causas prædictas prædicto Nuncio re-
misit. Qui Iudicis partes assumens ad executionẽ sui
decreti procedere intendit. Cum autẽ Pater Sancte, om
nia post inhibitiones prædictas Rotales facta, nulla, &
inualida sint, & tanquã attentata de Iure veniant reuo-
canda, ac à dd. grauaminibus plurimũ Oratorum, seu
Oratoribus intersit liberari; ideò supplicant S. V. tam
per viã recursus pro prædictorum attentatorum reuo-
catione, quã appellationis iã perdictum executorẽ, vt
præfertur delatæ recurrunt, appellant, ac de nullitate
dicunt; dignetur igitur S. V. causam, & causas præ-
dictas attentatorum, & innocatorum; necnon quate-
nus opus sit appellationis, & appellationum tã á dicti
Nuncij decreto, quám Ordinarij Gadicen. nullita-
tisque, & nullitatum ex tribus iniquitatis, et notoriæ
iniustitiæ, restitutionis in integrum, prout de Iure ad
uersus quæcvnque præiudicialia, saltem ex clausula ge-
nerali, *Si qua mihi, &c:* ac *quam, & quas. &c.* contra præ-
dictos Aduersarios, omnesque alios in præmissis inte
resse habere pretendentes, habent, & mouent habereq.
et mouere volunt, et intendunt, cum omnibus, et sin-
gulis suis inciden. dependen. emergen. annexis, et conne
xis,

xis, totoque negotio principali eidem R. P. D. Ghisle-
rio committere, & mandare summarie, prout in bene-
ficialibus, cũ facultate citandi dd. Aduersarios, omnesq.
alios quos opus erit etiã per edictum publicum consti-
to &c. illiq. & illis quibus opus fuerit sub sententijs cen-
suris, & pœnis inhibendi, contradictores in illas seruata
forma Sacri Concilij Tridentini incidisse declaran. gra
uan. & aggrauan. auxiliumq. &c. inuocandi, ac inter-
dicendi, fatalia quatenus durent arbitrio suo prorrogan
dì, quatenus verò lapsa sint aduersus illorum, & cuiusli-
bet tẽporis lapsum, rẽ iudicatã, & alia quæcunque præ
iudicialia, prout de Iure restituendi, aliaque faciendi,
gerendi, & exercendi, necessaria, et opportuna. Præmis-
sis, nec non Constitutionibus, Ordinationibus Aposto-
licis, stylo Palatij, et Curiæ, cęterisque contrarijs, non
obstantibus quibuscunque statum &c. haben. Quæ
commissio duas pariformiter in eius pede habebat sig-
naturas. Quarum prima talis erat, videlicet. De man-
dato Domini Nostri Papæ, audiat Magistr Franciscus
Maria Ghislerius, citet etiam per edictum, inhibeat e-
tiam sub censuris, prorroget, restituat, procedat, prout de
Iure, vt petitur, et iustitiam faciat. Altera verò talis erat,
videlicet. Placet Domino Nostro Papæ, prout de iure
Berlingherius Cardinalis Gypsius. ISTIVS commis
sionis vigore dictus R. P. D. Franciscus Maria Ghisle
rius Coauditor Noster, pro parte dd. RR. PP. Carthu
sianorum Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen.
Diœces. principalium requisitos, citationem legitimã,
vnã cum inhibitione, sub pœnis, et censuris inserta,
contra dd. Illustres, et RR. DD. Decanum, Canonicos,
et Capitulum Ecclesiæ Gadicen. exaduersò principales,
omnesque alios, et singulos sua communiter, vel diui-
sim interesse putantes, non solum de mense Nouembris
anni millesimi sexcentesimi trigesimi quarti, sed etiam
aliam similem de mense Iunij anni millesimi sexcente-
simi trigesimi quinti, extra Romanam Curiam, et ad
partes in forma solita, et consueta decreuit, et concessit;
Qua in eisdẽ partibus legitimè executa, & in actis causæ

 huius-

huiusmodi reproducta, processuq. in eisdem partibus inter prænominatos hinc inde collitigantes fabricato ad hanc Romanam Curiam transportato, & in actis exhibito, datisque successiuè pro parte dd. Illustrium RR. DD. Decani, Canonicorum, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. ex aduersò principalium nonnullis articulis, cum pro illorum admissione, & litteris remissorialibus, ad effectum illos, & contenta in eis, in partibus probandi instaretur; dd. RR. Patrum Carthusianorum Oppidi de Xerez de la Frontera principalium Procurator, opposuit dd. articulos admitti non posse in præiudicium præuilegiorum exemptionis vniuerso Ordini Carthusianorum concessorum, & possessionis, seu quasi Iuris decimandi bona controuersa, et litteras remissoriales nequaquam esse concedendas, nisi prius desuper facto verbo in Sacro Rotæ Auditorio, & disputato dubio particulari. Quæ oppositio ansam præbuit præfatum dubium proponendi, prout per d. R. P. D. Franciscum Mariam Ghisilerium Coauditorem Nostrum propositum fuit, & negatiuè resolutum fuit, vt apparet ex subsequenti decisione, videlicet.

R. P. D. Guisilerio. Gadicen. Decimarum. Lunæ 25 Maij 1637. PRETENDENTE CAPITVLO Gadicen. remissoriã ad probandum immemorabilẽ circa non vsum priuilegiorũ Apostolicorum vniuerso Ordini Carthusiano concessorũ de non soluendis decimis, quando per Monasterium, & Monachos Oppidi de Xerex de la Frontera dicti Ordinis Prouinciæ Hispalen. locantur prędia, non autem illa proprijs manibus excoluntur, examinatis articulis in Rota productis, negatiuè fuit resolutum ex eo, quod remissoria non datur ad probandũ id, cuius contrariũ constat per scripturas. *Egit decis. 9. nu. 2. Seraphin decis. 1460. nu. 3.* Nec datur contra decisiones, & sentencias Rotales transactas in rẽ iudicatã. *Rot. dec. 93. nu. 11. p. 2. diuers. in rec. dec. 136. p. 2. & dec. 246. nu. 1. p. 2* maximè concurrente irreleuantia articulorũ, quæ resultat ex impossibilitate probandi contenta in articulis. NEC dubitarũt Domini, quin supradictæ regulæ concurrant in

C   isto

isto casu, stantibus priuilegijs concessis, à *Clemente Quarto, Honorio Quarto, Ioanne Vigesimo secundo, Innosentio Sexto, Martino Quinto, Pio Secundo, Sixto Quarto, Gregorio Decimo quarto, & Sixto Quinto,* pluries per Rotam canonizatis, signanter in *Granaten. Decimarum coram bon. mem. Bubalo,* Inter Conuentum Carthusianorum Ciuitatis Granaten. & Abbatem, & Rectorem Ecclesiæ matricis de Alcala per sentenciam, quæ transitum fecit in iudicatum terminata, vt ex copia sententiæ, & literarum executorialium, quæ obstat alijs æquale ius habentibus. *Mantic. decis. 312. nu. 9. par. 1. recent.* & in istis terminis fuit resolutum in *Ciuitatis Castelli decimarum 25. Iunij 1629. coram me.* Vbi stantibus priuilegijs concessis Societatis Iesu sæpius per decisiones, sentecias Rotales, & Res iudicatas confirmatis in iudicio contradictorio, fuit resolutum non esse dandam manutentionem Rectoribus Parrochialium Ecclesiarum Ciuitatis Castelli in quasi possessione percipiendi decimas ex omnibus bonis existentibus infra fines suarum Ecclesiarum Parrochialiũ, à quibuscumque personis, in *Adrien. Decimarum 14. Decẽbris 1600. coram bon. mem. Manzanedo.* In qua fuit dictum, stante *decreto irritanti, & clausula sublata,* apposita in dictis priuilegijs Carthusianorum non posse dari de non vsu. *Ab. in cap. vlt. nu. 4. vers. Vnde ibi. de tregua, & parce. Felin in cap. 2. n. 6. vers. l. nona, eod. tit.* Et ita pluries tenuit Rota. Atque ita cum ex supradicta sententia Rotali, & decis. bon. mem. Mansanedi probétur preuilegia Carthusianorum per Rotam canonizata, & impetrata, non datur remissoria ad probandum consuetudinem contrariam ex alegatis in *Valentina iuris sedendi 16. Decemb. 1634. & 16. Martij 1636. coram me.* Et deinde in *Meleuitana antianitatis 16. Nouẽbris 1635. coram Illustrissimo Domino meo Decano.* Et talis non vsus excluditur ex testibus deponentibus de possessione Carthusianorũm in perceptione decimarũ à colonis, qui prædia Monasterij conducebant, qui licet non sint formaliter examinati, dabant tamen sufficientem fumum pro denegatione remissoriæ. *Rot. dec 491. nu 5. par. 2. recent.* dictorum que testium depositiones adminiculantur ex instromentis locationum, in quibus præter alias responsiones, quas ijdem conductores soluere debeãt Monasterio apparet expresse conuentum

fuisse

fuisse, etiam super his decimus. Quibus omnibus simul iunctis, clarè patet probationem faciendam per Capitulum, per testes, non solum irreleuantem, sed etiam impossibilem cū etiā ex probationibus adductis pro Monasterio, constet de contrario illius, quod probare debet testes examinandi pro parte Cypituli. Vnde cū materia articulata sit contraria resolutionibus, & sententiæ Rotali; Remissoriam esse denegandā resoluerunt Domini, vtraque parte informante. POST cuius dubij propositionē, & resolutionē sic, vt supra factā, fuerunt pro parte dd. RR. Patrū carthusianorū Oppidi de Xerez de la Frontera producti nonnulli articuli, quos sub die 7. mēsis Iulij, anni millesimi, sexcentesimi, trigesimi octaui ad probandum, tam in Romana Curia, quàm extra eā recepit, & admisit litteras remissoriales ad effectū testes super eisdē examinandi extra d. Romanā curiā in forma solita, & consueta decreuit, & concessit. Et eadēmet die cōparente corā d. R. P. D. Francisco Maria Ghisilerio Coauditore nostro dd. Ill. & RR. DD. Decani, Cnnonicorū, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. ex aduerso principalium Procuratore, & articulos aliás datos, quos Sacra Rota, tamquā irreleuantes, reijciendos, & ad illos, & contenta in eis probandum remissoriā denegandā esse censuerat, prout in præinserta decisione cōtinetur repetente, et de nouo eos admitti, et pro iustificatione contentorū in eis remissoriam cōcedi instante, ne præfatis RR. DD. Decano, et Canonicis, et Capitulo Ecclesiæ Gadicen. exaduerso principalibus occasio daretur conquerendi, quod eis adempta fuisset facultas probandi ea, quę facere videntur, ad fundandam eorum intentionē, dictus R. P. D. Franciscus Maria Ghisilerius Coauditor noster habito iterum cum DD. Coauditoribus suis, et nostris maturo colloquio super admissione dictorum articulorum, remisso iuris rigore dd. articulos admisit, & ad eos, et contenta in eis probandū litteras remissoriales extra eandē Romanam Curiam, et ad partes etiā in forma solita, et consueta decreuit, et concessit, et relaxauit: Quibus litteris remissorialibus

vtrique

vtrique parti concessis, terminisque hinc inde ad probandum præfictis, sæpius prorogatis Tandē de mense Martij anni millesimi sexcentesimi quadragesimi primi examine testium pro parte RR. Prioris, & Monachorum Ven. Monasterij Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœcesis principaliū in partibus super dictis articulis, inductorū peracto, fuit corā eodem R. P. D. Francisco Maria Ghisilerio Coauditore nostro exhibitus processus remissorialis, & seruatis seruandis apertus, & admissus, fueruntque vtrique parti cōmunicata dicta, & depositiones testiū vigore præfatæ remissoriæ RR. PP. Carthusianis principalibus concessæ, examinatorū, & successiuè fuit per eundē R. P. D. Franciscū Mariā Ghisilerium Coauditorē nostrum propositū particulare dubium. An prædium, de quo agitur esset exēptum à decimis per dict. Capitulum Gadicen. prætensis. Quo in Sacro Rotæ Auditorio maturè discusso, diligenterque ventilato, subinserta d. Capitulo Gadicen. probationes suas cōpletas ad hanc Romanā curiā remittere negligente, emanauit resolutio videlicet.

R. P. D. Ghisilerio; Gadicen. Decimarum Veneris 10. Maij 1641. RESOLVTVM fuit prædium del Sudro cum suis pertinētijs esse exēptum á decimis, quādo á Monasterio, & Monachis de Xerez de la Frontera Ordinis Carthusianorum, Prouinciæ Hispalen. alijs arrendatur, RATIO fuit quia Monasterium habet intentionnē fundatā, nedum in priuilegijs concessis á Sūmis Pontificibus Vniuerso Ordini Carthusiano pluries per Rotam canonizatis, & signanter per sententiam bo. me. Bubali latam ad fauorem Carthusiæ Granaten. contra Capitulum dictæ Ciuitatis in his præcisis terminis, quādo prædia alijs arrendantur, & in alijs causis relatis in *desicione* in hac causa *coram me facta vigesima quinta Maij* 1637. sed etiam in consuetudine immemorabili, firmata per testes remissoriales deponentes Carthusiam possidere dictum prædium a tanto tempore, cuius initij hominum memoria in contrarium non extat, & quando illud alijs

 arren-

arrendatunt, ministri Monasterij scientibus, & non contradicentibus Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Gadicē, & eorum decimatoribus, percepisse decimas á conductoribus, tā fructuum quā fœtuum animaliū, quibus accedunt publica instrumenta affictuum ponderata in d. decisione continen. solutioné decimarum factam Monasterio ab arrendatarijs vltra affictum conuentū, stantibus autē dictis priuilegijs, cum subsequuta possessione antiquissima non soluendi decimas, satis est Monasterio proballe consuetudiné legitimè præscriptam, cū illa in decimis soluendis primū locum obtineat, vbi agitur de pertinentia decimarū inter plures Ecclesias. *c. ad Apostolica c. tam contingit c. quoniam de decimis. Card. conf. 88. Rebuff. de decim. quæst. 13. nu. 47. & 60. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 17. nu. 8. vers. tertio deducitur, & num. 10. vers. Hunc igitur, Gutiertez. Canonicar. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 58. Rot. coram Cresc. decis. 1. de decim. in recent. decis. 715. num. 1. par. 3.* Et in puncto Carthusianorū *coram bon. mem. Card. Caualerio decis. 258. nu. 2. & 3.* Et nouissimè ad probādā cōsuetudiné legitimè præscriptā corā me in *Berchinonen. Decimarum 1. Februar.* 1641. concessit remissoriam Rectori. Immemorabilis iuncta cum fama priuilegij, non solum Ecclesiasticos, quibus ius non resistit, sed etiā laicos, quibus resistit, capaces reddit decimarum. Et ex his Domini in contumaciam Capituli Ecclesiæ Gadicen. resoluerunt prædium, de quo agitur, esse exéptum à decimis, etiā quando alijs arrendatur. Deinde seruatis omnibus terminis substantialibus, & alijs de iure seruandis, visisque videndis, & cognitis ad plenum huiusmodi causæ meritis, citatoq; legitime dd. ill. & RR. DD. Decani Canonicorum, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ Gadicen exaduerso principalium Procuratore d. R. P. D. Franciscus Maria Ghisilerius Coauditor noster ordine d. Sacræ Rotæ præcedente, suam in scriptis tulit, & promulgauit diffinitiuam sententiam, sub hac verborū forma conceptam videlicet.

CHRISTI NOMINE INVOCATO. Pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes. Per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de

RR.

RR, DD. Coauditorum nostrorum voto, & consilio pariter, & assensu fecimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ primo, &c. in prima Coram Reuerendiss. Domino Nuntio Hispaniarum, alijsq; eius subdelegatis, ac nunc corã nobis inter admodum RR, DD, Decanum, & Capitulum Sanctæ Ecclesiæ Gadicen. actoré ex vná, & Religiosos, ac deuotos in Cristo Patré Prioré, & Conuentum domus; aliás Monasterij Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi Ciuitatis nuncupatæ de Xerez dela Frontera Hispalen. Diocesis reos conuentos de, & super decimis fructuum, & redditũum, prouenientium ex terris prædij, seu tenimenti de la Fuéte del Suero nuncupat. eiusque mébrorum, & pertinenciarũ quarũcunque iuxta sua notissima latera siti; de quibus in actis ad dictũ Prioré, & Conuentũ spectan. quando prædium, terras, et bona huiusmodi ab ipsis Priore, et Conuentu alijs colenda quomodolibet concessa fuerunt, et in posterum concedentur, rebusque alijs in actis causæ, et causarũ huiusmodi latius deductis, versæ fuerunt, et vertuntur instãtia. DICIMVS, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, diffinimus, et declaramus, prædium, seu tenimentum de la Fuente del Suero nuncupat. RR. PP. Prioris, et Conuentus d. Carthusiæ Beatę Mariæ Defensionis de Xerez cum omnibus, et singulis eiusdé prædij mébris, et pertinentijs, eorumque omnes, et quoscumque fructus, reddittus, et prouentus cuiussuis generis, et qualitatis existant, fuisse, et esse punitus, et omnino libera, immunia, et exépta, liberos, immunes, et exéptos à decimis, et primitijs dd. RR. DD. Decano, et Capitulo Ecclesiæ Gadicen soluendis, et præstandis, etiã, quando d. prædium, et terræ, eorumque mébra, et pertinentiæ præfatę colonis, laboratoribus, affictuarijs, arrédatarijs, seu alijs, quibuscunque personis per dd. pro tempore Patré priorem, Conuentũ, et Religiosos, siue nummis, siue ad pro medium, seu alio quocumque titulo, et modo colendæ, laborandæ, et tetendæ; ac colenda laboranda, et tenenda concessa et tradita fuerunt et infuturum concedentur

tur,& tradentur decimásque,& primitias præfatas, quas coloni, laboratores, affictuarij, & personæ præfatæ dd. RR. Decano,& Capitulo Sanctæ Ecclesiæ Gadicen. causa,& ocasione omnium,& quorūcumque fructuum, redditūum, & prouentuum d. prædij, seu tenimenti de la Fuente, eiusque mēbrorum, & pertinentiarū quarumcunque cuiuscunque generis,& qualitatis existant, soluere,& præstare tenerentur, spectasse, et spectare ad dictos RR. Patrē Priorē, et Monachos d. Carthusiæ de Xerez, et per eosdē RR. Patrē Priorē, et Religiosos, dumtaxat à colonis, laboratoribus, et affictuarijs, arrendatarijs, et alijs personis præfatis exigi potuisse, et posse, et ad illarū solutionē, seu præstationē cuique alteri faciendā, eosdē colonos, laboratores, affictuarios, et arrendatarios, aliasque personas præfatas nullatenus teneri, aut obligatos fuisse, et esse nullumque ius in, & ad decimas huiusmodi dd. RR. Decano, et Capitulo, eiusque decimatoribus cōpetijsse, et competere, eosdemque RR. Patrem Priorē, Conuentum, et Religiosos in quieta, et pacifica possessione, seu quasi exemptionis, libertatis, et immunitatis huiusmodi, ac iuris exigendi ab eorum colonis, affictuaris, et arrendatarijs d. prædij, seu tenimenti, eiusque mēbrorum, et pertinētiarū quarumcunque decimas præfatas, conseruandos, et manutenendos fore, et esse, mandatumque de ipsos RR. Patrē priorē, et Monachos in ea manutenendo, et conseruando decernendū, et conceden. fore, et esse, prout decernimus et concedimus per præsentes, inquietationes quoque, vexationes, perturbationes, contradictiones, et impedimenta quæcumque super decimis, et alijs primitijs, et illorum occasione per eos quomodolibet ipsis Patri Priori et Conuentui, illarumque laboratoribus, colonis et affictuarijs, arrendatarijs, alijsque personis præfatis præstita, facta, et illata; fuisse indebita, illicita, iniqua, iniusta, temeraria, et de facto præsumpta, dictisque aduersarijs eas et ea nequaquam facere licuisse, vel licere, sed super illis et decimis huiusmodi perpetuum silentium imponen. fore, et esse,

pro-

prout imponimus. Insuper eosdem RR. Decanum, & Capitulum aduersarios ad restituendum integrè omnes, & singulas decimas, si quæ per eos á die mote litis, tam à dd. RR. Priore, & Monachis, quám ab eorum colonis, laboratoribus, affictuarijs, & arrendatarijs præfatis quomodolibet perceptæ fuerint eisdé Priori, & Conuentui integrè restituendũ; si extant; alioquin verum illarum valoré persolueu. pariter, & in expensis pro parte eorundé Patris Prioris, & Conuentus in causa, & causis huiusmodi legitimè factis, condemnan. fore, & esse, ac condemnamus; quarũ decimarum liquidationé, & expensarum taxationé nobis, vel cui de iure in posterũ reseruamũs. Et ita dicimus, pronunciamus, declaramus, decernimus, diffinimus, et sententiamus non solũ premisso, sed etiã omni alio meliori modo. Ita pronunciaui Ego Franciscus Maria Ghisilerius Sacræ Rotæ Auditor. A QVA DIFFINITIVA sentencia per d. R. P. D. Franciscũ Mariã Ghisilerium Coauditoré nostrum die tertia mensis Iulij anni 1641. lata & in scriptis promulgata, fuit pro parte dd. RR. DD. Decani Canonicorum, et Capituli Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. ex aduerso principalium appellatum; causamque appellationis huiusmodi ad præfatorum RR. Prioris, et Monachorum Monasterij Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœcesis principalium (quorum summopere intererat huius litis finé aliquando videre) instantiã, nobis commissa existit in vim specialis rescripti Apostolici, cuius tenor est, qui sequitur, videlicet. Gadicen. C. Nembrunus, BEATISSIME PATER, lata fuit diffinitiua sentautia in prima instantia, per R. P. D. Ghisilerium Sacri Vestri Palatij causarum auditoré ad fauoré deuotorum Sanctitatis Vestræ Oratorum Prioris, et Monachorum Carthusię Beatæ Mariæ defensionis Oppidi Ciuitatis nuncupat. de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœcesis contra Decanum, Canonicos, et Capitulum Ecclesiæ Gadicen. de, et super absolutione dictorum oratorum á solutione decimarum, et primitiarum per d. Capitulum

E

pitulum prætensarum. Rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis A qua pro parte eorundē Decani, Canonicorum, & Capituli fuit appelatum, et prætensa nullitate, & iniustitia dictum. Verùm quia Pater Sancte, dicti aduersarij causam, & causas appelationis, ac prætensarum nullitatis, & iniustitiæ præfatarū cōmittere non curarunt, neque curant, & Oratorū interest ad expeditionē, iure medio, quanto citius deuenire; supplicant propterea Oratores præfati, quatenus dignetur causam, & causas prænarratas, nec non prætensæ restitutionis in integrū xnā vum omnibus, & singulis suis, et illarū inciden. dependen. emergen. annexis, et connexis, cū clausula quā, et quas, &c. alicui alteri Sacri Vestri Palatij causarum Auditori, quia causa exaduerso non est alteri cōmissa, audien. cognoscen. deciden. fine que debito terminan. cōmittere, et mandare, cū facultate citandi, et inhibendi, aliaq; dicendi, gerendi, exercendi, et exequendi; quæ in præmissis, et circa ea fuerint quomodolibet necessaria, et opportuna. Præmissis, nec non constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, et Curię cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque statum &c. pro plenè, et sufficienter expressis haben. &c. Quæ cōmissio duas in eius pede habebat signaturas. Quarum prima talis est, videlicet. De mandato D. N Papæ, audiat Magister Franciscus, citet, inhibeat, procedat, vt petitur, et iustitiā faciat. Altera verò talis erat, videlicet. Placet D. N. PaPæ, Iulius Cardinalis Sacchettus. QVA cōmissione nobis, sic, vt supra præsentata, citato legitime, ac de mandato nostro dicti Illustr. et RR. Decani, Canonicorum, et capituli Cathedralis Eccl. siæ Gadicen. exaduersó principalium procuratore iuxta eiusdem commissionis nobis presentatæ, formā, continētiā, et tenorē procedi mandauimus, et inhibuimus. Et deinde transportatis corā nobis omnibus, et singulis præcedentium instantiarum actis, et processibus iurisdictionèq. nostra plene firmata; Dubium par-

particulare. An præinserta sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda in Sacro Rotæ Auditorio dicti RR. DD. Decani, Canonicorum, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. ex aduersò principalium procuratore ad id citato, & informare nolente, proposuimus. Quo per DD. Coauditores nostros maturè discusso, præfatã sententiã ex rationibus, & causis in informationibus desuper datis, & decisionibus corã R. P. D. Ghisiletio Coauditore nostro emanatis, adductis, confirmandam esse censueurunt, prout in decisiione per nos extensa, & in scriptis redacta, cuius tenor est, qui sequitur, videlicet.

R. D. P. ROIAS. Gadicen. Decimarum. Veneris 4. Iulij 1642. Responderunt Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis, quia de illius validitate constat ex reuolutione actorũ, nec nõ de cæteris requisitis, iuxta *decis. Caputaq. 260. par. 2.* cum similibus. Iustitia verò resultat ex optimè deductis in decisionibus coram R. P. D. meo Ghisilerio sub diebus 25. Maij 1637. & 10. Maij. 1641. impressa *decis. 217. p. 7. recent.* Ex quibus luculenter constat. Monasterium Ven. Carthusiæ de Xerez de la Frontera Prouinciæ Hispalen. esse omnimodè exemptum à quibuscumque decimis, etiam, quando per Monachos alijs arrendatio fiat; indeq; remanere exéptum prædiũ de Suero, de quo agitur, hoc que in vim priuilegiorũ sũmorũ Pontificũ, *Clementis Quarti, Ioannis Vigesimi secundi, Innocentij Sexti, Martini Quinti, Pij secundi, Sixti Quarti, Sixti Quinti, ac Gregorij Decimi quarti.* Quæ fuerunt sæpius à Rota canonizata: Quibus priuilegijs stan. remansit indubitatum penes Dominos dictos Monachos præfatæ Carthusiæ remanere exemptos ab omnibus decimis, vt indd. decisionibus doctè deductum est. Et itá resolutum &c. CAPTA itaque supradicta resolutione, seruatis terminis substantialibus, & alijs de iure seruandis, dictorumq. RR. DD. Decani, Canonicorum, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. ex aduersò principalium procuratore legitime citato de DD. Coauditorum Nostrorum (quibus de huiusmodi causæ meritis relationem plenariam fecimus

mus,& fidelem) de consilio, voto,& assensu nostram in scritis tulimus, & promulgauimus sententiam præinser tæ sententiæ Rotalis confirmatoriam in hunc, qui sequi tur modum, videlicèt.

CHRISTI NOMINE INVOCATO. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes; Per hanc nostrā diffinitiuā sententiam, quam de Reuerendissimorū DD. Coauditorum nostrorū voto pariter,& assensu ferimus in his scriptis; in causa, & causis, quæ primo, & in prima, corā R.P.D. Ghisilerio Coauditore nostro, ac secundo, & in secunda corā nobis inter Admodum RR. DD. Decanum, & Capitulū Sanctæ Ecclesiæ Gadicen. actores ex vna, & Religiosos Patrē Priorē, Monachos, et Conuentū, Domus, seu Monasterij Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi Ciuitatis nuncupat. de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœ. Reos conuentos, de, et super Decimis, ex Terris Predij, seu Tenimenti de la Fuente del Suero nuncupat. iuxta sua notissima latera siti eiusq. mēbris, et pertinentijs ad dd. Ven. Priorē, et Conuentum spectan. quando dictū prædium ab ipsis Priore, et Conuentu alijs colendum quomodolibet concessum fuit, et successiuè cōcedetur, Rebusq. alijs in actis causæ, et causarum huius modi latius deductis partibus ex altera, versæ fuerunt, et vertuntur instantijs. Dicimus, declaramus, pronuntiamus, diffinimus, et sententiamus per dictum R. P.D. Ghisilerium Coauditorē nostrum bene, et iuste, ac rite, et recte fuisse, et esse processum, iudicatum, sententiatum, et diffinitum, nec non pro parte dd. RR. DD. Decani, et Capituli dictæ Ecclesiæ Gadicen. ab eius ordinatione, sententia, et processu, malè, nulliter, et perperā fuisse, et esse prouocatum, appellatum, ac de nullitate, et iniustitia dictum, eiusdemq. Reuerendiss. D. Coauditoris nostri ordinationem, sententiam, et processum confirman. et approban. fore, et esse, ac confirmari, et approbari debere, prout, confirmamus, et approbamus per præsentes, dictosq. RR. Decanum, et Capitulum in expensis in hac causa factis, condenan. fore, & esse,

& esse, ac condemnamus per præsentes, quarum expensarum taxationē nobis, vel cui de iure in posteriū reserua mus. Et itá dicimus, declaramus, pronuntiamus, diffinimus, & sententiamus ac confirmamus, non solū præmisso, sed etiā omni alio meliori modo &c. Ita pronun tiaui ego Franciscus Rojas Rotæ Auditor. Cui diffinitiuæ sententiæ, sic; vt supra, per nos die 7. mensis Iulij 1642. in scriptis latæ, & promulgatæ cū dd. Ill. & RR. DD. Decani, Canonicorum, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. exaduersó principalium procurator acquiescere nollet. Die 16. eiusdé mensis Iulij ab ea pro uocauit, & appellauit, apostolosq. tales, quales sibi partiq. suæ super dicta appellatione per eum interposita, & interiecta de iure cōpetebant, dari, & concedi institit, cui procuratori sic appellanti, & apostolos petenti, apostolos testimoniales dedimus, et concessimus. Qua respon sione stante, vt causam, et causas huiusmodi à desertione præseruaret, et transitū d. nostræ sententiæ diffinitiuæ in ré iudicatā euitaret, appellationis huiusmodi cau sam infra annuū á die illius interpositionis cōputandū alteri ex dd. Sacræ Rotæ Auditoribus onus cōmittendi facere incumbebat, quod cum adimplere neglexisset, sicq. nostra diffinitiua in ré iudicatā transiuisset pro par te dd. RR. Prioris, et Monachorum Ven. Monasterij Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœcesis principalium habitus fuit recursus ad Sgnaturá Iustitiæ prelibati Sanctiss. D. N. Papę cui placuit rescribere, prout in præinserta cō missione, quā idé Prælibatus Sanctiss. D. N. Papa nobis per vnum ex suis Cursoribus præsentari curauit, quāq. cum ea, qua decet reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore, videlic. Gadicen. C. Cicerus. Beatissime Pater. Lata fuit sententia in secunda instantia per R. P. D. Ro jas confirmatoria latæ per R. P. D. Ghisilerium Sacri Vestri Palatij causarum Auditorem, ad fauorem Deuotorum S. V. Oratorum Prioris, Monachorum, et Conuentus Domus, seu Monasterij Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi Ciuitatis nuncupat. de Xerez

de la Frontera Hiſpalen. Diœceſis, contra Decanum, & Capitulum Eccleſiæ Gadicen. de & ſuper decimis, quas dicti D.D. Decanus, & Capitulum exigere prætendebant ex terris prædij, ſeù tenimenti de la Fuente del Suero nuncupat. quando Oratores illas alijs colendas, & fructandas arrendant; Rebuſq. alijs &c. á qua ſententia licet dicti Decanus, & Capitulum prætendant appellaſſe in tẽpore, tamen cauſam dictæ appellationis, quatenus illa interpoſita fuerit, non ſolũ proſequi, ſed nec minus cõmittendã procurarunt, neque curant. Quo circa d. ſententiã in rem iudicatã pertranſiſſe dignoſcitur. Verum, quia Pater Sancte parũ eſſet ſententias, & res iudicatas obtinere, niſi adeſſet, qui illas debitæ executioni demãdaret. Supplicant propterea humiliter S.V. Oratores præfati, quatenus dignetur eidẽ R. P. D. Rojas cõmittere, & mandare, quia cauſa exaduerſo alteri non eſt cõmiſſa, vt præfixo dd. aduerſarijs vnico, ac breui, & cõpetenti termino loco quatuor de ſtylo præfigi ſolitorũ, ad docẽdũ de dicta appellatione, eiuſque legitima proſequutione, & de ea non docto, conſtito de re iudicata, illam exequatur omnes, et ſingulas expenſas in quibus aduerſarij fuerunt per dd. ſententias condemnati taxet, et moderetur, et tã pro illis, quám pro alijs contentis in dictis ſententijs, et re iudicata mandata quæcũque relaxet, et exequi mandet, et faciat. Præmiſsis, nec non conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatij, et Curiæ cæteriſq; in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque ſtatũ &c. pro plenè, et ſufficienter expreſsis habentes. Hæc quoque cõmiſsio duas in eius pede habebat ſignaturas. Quarum prima talis erat, videlicet. De mandato D. N. Papæ idem Auditor termi num præfigat et conſtito de aſſertis taxet, et moderetur, decernat, relaxet, procedat, et exequatur, vt petitur; et iuſtitiã faciat. Altera verò talis erat, videlicet placet D N. Papæ, Iulius Cardinalis Sacchettus. Poſt cuius commiſsionis præſentationem, et receptionem nobis, et per nos die 26. menſis Septemb. anni prox. præteriti 1643.

factas

factas dd. Admodum RR. DD. Decani, Canonicorũ, & Caditulí Chathedralis Ecclesiæ Gadicen. principalium procuratoré ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo, vel in scriptis contra d. præincertã nobis vltimo loco factã, & præsentatã cõmissionem dicere, siue excipere volebat, videndumq. iuxta illius formã, continentiã, & tenoré procedi mandari, & successiue ad videndũ sibi præfigi aliqué breué, & peréptorium terminum ad docendũ de appellatione per eum á dicta nostra sententia interposita, ac de illius legitima prosecutione, citari iussimus. Et aduenientibus huiusmodi citationũ respectiué terminis iuxta d. præinsertæ nobis vltimo loco præsentatæ cõmissionis formã, & tenoré procedi mandauimus, terminũque peréptorium, & cõpetenté, dicto procuratori citato ad docen. de dicta appellatione, eiusque legitima prosequutione statuimus, & præfiximus. Et licet dicto termino sic elápso, et præfato procuratori de præfatæ appellationis prosequutione minime docente, ad exequutioné dictæ nostræ diffinitiuæ sententiæ (quã ex reuolutione actorum in ré iudicatã transiuisse nobis sufficienter constabat) procedere potuissemus, nihilominus vt dictorum, RR. DD. Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Gadicen. ex aduersó principalium procuratoris sępius citati culpa, seu negligentia inexcusabilis appareret, et quæuis pro causæ huiusmodi vlteriori defensioné in posterum forsan pretendenda audientia respueretur dubium particulare. An constet de re iudicata quæ veniret exequenda in eo dé Sacræ Rotæ Auditorio proposuimus. Quo per DD. Coauditores nostros diligenter, & accurate examinato, et discusso, omnes vnanimes in resolutione affirmatiuã extiterunt, vnde captis eorumdé votis decisioné desuper edidimus, cuius series subnectitur, videlicet.

R. P. D. ROIAS. Gadicen. Decimatum. Veneris 4. Decemb. 1643. Dixerunt hodie DD. constare de re iudicata, quæ veniat exequenda. ex quo licet á sententia lata coram me in hac causa sub die 7. Iulij anni 1642. fuerit pro parte Decani et Capituli Gadicen. appellatũ in

tem

tempore, & fuerint concessi apostoli testimoniales, quo casu appellans habet annum ad committen. causam appellationis, vt per *Put decis. 361. lib. 2. in correct. Lancellott. de attentat. appellat. pen. part. 2. c. 2. in præfat. Scacc. de appellat. q. 14. nu. 20.* Nihilominus, quia dictum Capitulũ intra annum causam appellationis committere non curauit, fatalia fuerunt elapsa, & causa remanet deserta. *Authent. ei, qui. C. de tempor. appellat. cap. cum sit Romana, de appellat. Sanchez moral. lib. 3. ca. vnic. dub. 32. num. 84. Cassad. decis. 4. de appellat. Caputaq. decis. 31. & 32. par. 1. Rota decis. 233. num. 3. par. 7. recent.* Nec obstat, quod de stylo Palatij concedi soleat bienium ad prosequen. appellationem, etiam absque alia causa impedimenti. *Vestr. in prax. lib. 7. cap. vlt. num. 9.* Quia fuit responsum hoc procedere, quando post appellationem infra annum fiat aliquis actus, vt per *Cassad. decis. 6. num. 8. vers. Dummodo, de appellat. Achil. decis. 11. eod. tit.* ita vt nõ sufficiat infra annum impetrasse Iudicem, ac causam commisisse, nisi etiam pars citetur ad dicendum contra commissionem, & sic appellans incipiat causam appellationis exercere, *Paul. de Castr. in rubric. ff. de in ius vocand. Bald. in l. fin. §. illud, C. qui satisdar. cogant. Vestr. in prax. vbi supra ante n. 10. Achill. d. decis 11. de appellat.* SED in præsenti cessat omnis difficultas, cum, nec cõstet causam appellationis fuisse commissam. Quinimó pars citata, & monita cum præfixione competentis termini ad docen. de appellatione, eiusq. legitima prosequutione, & termino elapso nihil adduxerit: consequitur, nihil penitus in causa actum fuisse, & propterea Iudicem, á quo benè posse propriam suam exequi sententiam, tamquam in rem iudicatã transactã, ad tradit, per *Doct. in cap. personas. & cap. cum sit Romana, de appellat l. post rem iudicatam. de re iudicat. Parlador. lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. par. 1. §. 1. nu. 6. Boer. decis. 293. num. 8. in fin.* DICTÆ Q; conclusiones in præsenti procedunt absque amaritudine, cum agatur de re iudicata prouenientе ex sententia Rotali valida, & iusta, cuius validitas detegitur ex reuolutione actorum, in quibus apparet concurrere omnia, quæ ad hunc effectum considerat *Rota.* penes vulgatã decisionẽ *Caputaq. 260. par. 2.* Iustitia verò resultat ex decisionibus factis in prima instantia

tantia

;antia coram R. P. D. Ghisilerio, quarum vltima reperitur impressa, *part. 7. recent. decis. 217.* quàm etiã corã me in secunda instantia. Cum quibus Domini transierunt. Et itá resolutum. QVIBVS omnibus sic peractis, ne sententia nostra sic, vt præfertur, in rē iudicatã transacta, suo debito careret effectu, ad præfatorũ RR. Prioris, & Monacorum Ven. Monasterij Carthusiæ B. Mariæ Defensionis Opidi de Xerez Hispalen. Diœcesis principalinm, siue eorũ procuratoris instantiam D. Dionysium Lomas dd. Admodũ RR. DD. Decani, Canonicorum, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ Gadicē. exaduerso principaliũ procuratorē, ad videndum inter cætera, pro , in præinsertis sententijs Rotalibus, & re iudicata inde sequuta contentis litteras, siuè Processus executoriales extra Romanã curiã, & ad partes in forma solita consueta decerni, cōcedi, & relaxari per vnũ ex prælibati S. D. N. Papæ Cursoribus citari mandauimus, & fecimus ad certum peréptorium terminũ cōpeten. videlicèt ad diē, & horã infrascriptas. Quibus aduenientibus, cōparuit in Iudicio legitimè corã nobis Illust. D. Franciscus de Vides dd. RR. Prioris, & Monachorum Ven. Monasterij Carthusiæ B. Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœc. principalium Procurator, prout de suo procurationis mandato nobis legitime extitit facta fides, & eo nomine procuratorio in dictã exaduerso procuratoris citati non cōparentis contumaciã præinsertã nostram diffinitiuã sententiam in rē iudicatam transactam exequi, & debitæ executioni demandari, prout in ea, ac sententia per R P. D. Ghisilerium Coauditorē nostrum lata contentis litteras, seu processus executoriales desuper opportun. extrà Romanam curiam, et ad partes in forma solita, et consueta decerni, & concedi per nos debita cũ instantia postulauit. NOS tunc Franciscus Rojas Auditor Iudexq. Commissarius, et Exequutor vnicus prefatus, dicto exaduerso procuratore citato non comparente, pro contumace reputato in eius contumaciam, attenden. postulationem huiusmodi fore iustam, et rationi consonam. Quodq. pa-

rum prodesset sententias fauorabiles nõ sine longo temporis lapsu, & notabili dispendio cum re iudicata reportare, nisi etiã debitæ executioni demandarentur. Id circo auctoritate Apostolica nobis cõmissa, & qua fungimur in hac parte, deque DD. Coauditorũ nostrorum consilio, & assensu præinsertã nostrã diffinitiuã sententiam alterius sententiæ etiã præincertæ per R.P. D. Ghisileriũ Coauditorẽ nostrum latæ confirmatoriã, in rẽ iudicatam transactã exequen. & debitæ exequutioni demandan. litterasq. siuè processus exequutoriales desuper opportunas in vim Bullarũ, siuè facultatũ Apostolicarum Sacræ Rotæ Auditorio attributarum, & cõmissionis vltimo loco nobis præsentatæ in forma solita, & consueta decernen & conceden. duximus prout decreuimus, & concesimus, ac decernimus, & concedimus, per præsentes. QVÆ omnia, & singula præmissa, et hunc nostrũ processum, ac in eis contenta Vobis omnibus, et singulis supradictis, quibus præsentes dirigun tur, intimamus, insinuamus, et notificamus, ac ad vestrã, et cuiuslibet vestrum notitiã deducimus, et deduci volumus per pręsentes, vosq. et vestrum quẽlibet auctoritate prædicta tenore præsentiũ requirimus, et monemus primo, secundo, tertio, et perẽptorie, ac vobis, et vestrum cuilibet in virtute sacctæ obedientiæ, et sub infrascriptis sententiarum pœnis, districtẽ præcipiendo mandamus, quatenus infrà sex dierum spatium post pręsentationẽ, seù notificationẽ præsentium, et requisitionẽ Vobis, seù alteri vestrum pro parte dd. RR. Prioris, et Monachorum Ven. Monasterij Carthusiæ B. Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœces. principaliũ desuperfactas immediatẽ sequentium. Quos sex dies Vobis pro termino perẽptorio, et monitione Canonica asignamus eosdem RR. Priorẽ, et Monachos, et Conuentum Cartusiæ B. Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœc. principales, præsentes, et futuros in possesione, vel quasi reali, actuali, et corporali, quietaq. et pacifica Iuris, et exemp-

& exemptionis per se, & suos Ministros, Sindicos, & Procuratores illorum nomine, leuandi, exigendi, & percipiēdi Decimas, & primitias, & quoscūque fructus decimales, ex Prædij, seu Tenimenti de la Fuente del Suero nuncupati, eiusq. mēbrorum, & pertinentiarū quarumcumque ad dd. RR. Prioré, & Monachos, & Conuentum spectan. & pertinen. etiā quando terras dicti Predij, seu Tenimenti alijs personis arrendari, seu locari, et ad colendū tradi contingit, et continget manuteneatis, tueamini, conseruetis, et defendatis, prout manutenemus, conseruamus, tuemur, et defendimus, nec non manuteneri, tueri, defendi, et conseruari volumus, et mandamus: illosque ab inquietationibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, et impedimentis eisdem per dd. RR. DD. Decanū, et Capitulū Gadicen. exaduerso principales, seu eorū nomine super exactione, et perceptione dd Decimarum, et earum occasione forsan prestandis, et inferendis, defendatis, tueamini, et conseruetis, prout defendi, tueri, et conseruari pariter volumus, et mandamus per præsentes. MONEMVS insuper modo, et forma præmissis, ac sub eisdé pœnis, et censuris infrascriptis Vos Admodum RR. DD Decanum, canonicos, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. exaduerso principales, quatenus infrá triginta dierum spatium post præsentationé, et requisitioné Vobis, et vestrum cuilibet vigore præsentium pro parte dd. RR. Prioris, Monachorum et Conuentus Monasterij, seu Domus Carthusiæ B. Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez Hispalen. Diœc. principalium desuper factas immediaté sequen. Quos triginta dies vobis pro termino perēptorio, ac monitione Canonica assignamus, à perturbationibus, molestationibus, inquietationibus, contradictionibus, & impedimentis prædictis RR. Priori, Monachis, et Conuentui super exactione, leuatione, et perceptione Decimarum, et primitiarum ex Terris d. Prædij, seu Tenimenti de la Fuēte nuncupati del Suero, eiusq. mēbrorum, et pertinentiarum prouenientium, etiam mediantibus Vestris decimatoribus,

toribus, vel alijs perſonis factis, præſtitis, & illatis peni-
tus, & omninò deſiſtatis, nec eos, eorumue Colonos, Laboratores, Arrendatarios, Affictuarios, vel Miniſtros quoſcumque occaſione dd. Decimarum, & primitiarum ex dd. Terris recolligendarum, & ſoluendarum vllo vmquã tẽpore amplius per Vos, vel veſtros decimatores, ſeù alios quoſcũque miniſtros impetiatis, moleſtetis, vexetis, perturbetis, & impediatis, ſed Decimas prædictas, & primitias tãquam á Decima Veſtra immunes, & exẽptas, & ſuper quibus nullũ Vobis ius cõpetijt, neque cõpetit liberè percipere, & exigere, ſoluiq. & præſtari ab eorũ Colonis, Laboratoribus, vel Arrendatarijs, aut alijs ad id obligatis reſpectiuè ſinatis, et permittatis. INHIBEMVS præterea modo, et forma præmiſſis omnibus, et ſingulis ſupradictis, et generaliter quibuſcũque alijs, cuiuſcũque ſtatus, gradus, ordinis, vel cõditionis exiſtant ne præfatis RR. Priori, Monachis, et Conuentui Monaſtarij, ſeu Domus Carthuſiæ Beatæ Mariæ Defenſionis oppidi de Xerez de la Frontera Hiſpalen. Diœceſis principalibus, eorumq. Miniſtris, Sindicis, et Procuratoribus eorum nomine quominus in poſſeſsione, vel quaſi, reali, actuali, et corporali, ac pacifica, et quieta iuris, et exẽptionis leuandi, exigendi, et percipiendi Decimas, et primitias ex Terris d. Prædij, ſeù Tenimẽti de la Fuente del Suero nuncupati, eiuſque mẽbrorum, et pertinentiarũ prouenientes, et prouenturas manuteneantur, tueantur, conſeruentur, et defendantur, eaſq. á Colonis, Laboratoribus, Arrendatarijs, Affictuariis, et alijs, quibus opus fuerit petere, et exigere, leuare, et percipere nunc, et perpetuis futuris tẽporibus iuxta priuilegia, et indulta Apoſtolica eis conceſſa liberè, et licitè poſsint, et valeant, omniaque, et ſingula ſupra, et infraſcripta ſuum plenarium conſequantur effectum, impedimentum aliquod præſtetis, ſeu præſtent et impedientibus ipſos RR. Priorem, Monachos et Conuentum principales, eorumq. Miniſtros, Sindicos, et Procuratores atque Colonos, Laboratores et Affictuarios ſuper præmiſsis in aliquo detis, vel dent auxilium, conſi-

lium

lium, vel fauorem publicè, vel oculté, directè, vel indirectè quouis quæsito colore, vel ingenio. Quod si forte præmissa omnia, et singula non adimpleueritis, mandatisq. monitionibus, & inhibitionibus Nostris huiusmodi, Immò veriùs Apostolicis non parueritis, seu paruerint cum effectu nos in vos, & ipsos omnes, & singulos, ac in contradictores, quoslibet, & rebelles, ac impedientes ipsos RR. Priorem, Monachos, & Conuentum, ac pro eis agentes, eorumq. Colonos, Laboratores, Arrendatores, Affictuarios, & Desimatores super præmissis in aliquo, ipsosque impedien. dantes auxilium, consiliũ, vel fauorẽ publice, vel oculte per se, vel aliũ, seu alios, *ex nunc, prout ex tunc, & è contra singulariter in singulariter in singulos dd. Canonicis monitionibus præmissis excommunicationis. In Capitula veró, Conuentus, & collegia quæcunque in his delinquentia, & signanter in dictum Capitulum Gadicen. suspensionis à diuinis, & ipsorum delinquenti m, & Rebellium Ecclesias, Monasteria, & Capellas Interdicti Ecclesiastici sententias ferimus,* in his scriptis, & etiam promulgamus.

VOBIS verò Illustriss. & Reuerendiss. DD. Archiepiscopo, & Episcopis duntaxat exceptis, quibus ob reuerentiã dd. Pontificalium Dignitatum deferimus in hac parte: si contra præmissa, vel aliquod præmissorum per Vos, vel submissas personas feceritis, prædicta sex dierum Canonica monitione præmissa, ingressum Ecclesiarum interdicimus, in his scriptis. CÆTERVM cum ad execuutionem præmissorum vlterius faciendã nequeamus quoad præsens aliis arduis in Romana Curia impediti negotiis personaliter interesse. Vniuersis, & singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Sachristis tam Cathedralium, et Metropolitanarum, quàm Collegiatarum, Canonicis, Parrochialiumq. Ecclesiarum Rectoribus, et Locumtenentibus eorumdem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, et non Curatis, cæterisq. Presbyteris Clericis, Notariis, et Tabellionibus publicis quibuscumque per Prouincias, Ciuitates, et Diœceses prædictas, ac alias vbilibet constitutis; & eorum cuilibet insolidum super vlteriori executione præsentium facienda,

auctoritate Apostolica prædicta tenore præsentium cõmittimus plenariè vices Nostras donec eas ad Nos duxerimus reuocan, quos, & eorum quẽlibet insolidũ eisdem auctoritate, & tenore requirimus, & monemus, ipsosq. & eorũ cuilibet, *in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pæna qua in eos, & eorum quemlibet Canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint,* quæ mandamus districtè percipiendo mandantes quatenus infra tres dies post requisitionẽ ipsis, seu eorum alteri pro parte dd. RR. Prioris, & Monacorũ, & Conuẽtus Monasterij, seu Domus Carthusiæ B. Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frõtera Hispalen, Diœc. principaliũ vigere pręsẽtiũ desuper factá immediate sequẽ. Quos tres dies ipsis, & eorũ cuilibet pro omni dilatione, termінoq. perẽptorio, ac monitione Canonica asignamus, itá tamen quod in his exequendis vnus eorum alterũ non expectẽt, nec alter pro alio se excuset, ad Vos omnes, & singulos supradictos, quibus præsentes diriguntur, personasq. & loca alia, de quibus, vbi, quando, & quoties expediens fuerit personaliter accedant, seu alter eorum accedat, et huiusmodi Nostros processus, et quæcumque in eis cõtenta Vobis cõmuniter, vel diuisim legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurent, necnon præfatos RR. Prioré, Monachos, et Conuentum Monasterij, seu Domus Cartusiæ B. Mariæ Defensionis de Xerez de la Frõtera Hispalen. Diœc. principales, eorumq. Procuratores, Sindicos, et Agentes, seu Ministros in possessione, vel quasi reali, actuali, et corporali, quietaq. et Pacifica exemptionis, et iuris leuandi, exigendi, et percipiendi Decimas, et primitias ex Terris d. Prædij, seu Tenimẽti de la Fuente, nuncupati del Suero, eiusq. membrorum, et pertinentiarum, etiam à Colonis, Laboratoribus, Arrendatoribus, Affictuarijs, et alijs personis, quibus ad colen. et in atrendam. dd. Terræ fuerint quouis tempore concessæ, manuteneant, conseruent, tueantur, et defendant, illisq. de dd. Decimis, et primitijs ex dd. Terris percipiendis, et soluendis realiter, et cum effectu responderi faciant, et quoscumque forsan reluctantes, differentes,

contra-

contradicentes, vel morosos ad illas traden. soluen. & consignan. ex parte Nostra. Immò verius Apostolica auctoritate cogant, & compellant, cogiq. & cópelli faciant, permittant, & procurent, eosdemq. RR. Priorem, Monachos, & Conuentũ ab impetitionibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis super exactione, & perceptione dd. Decimarũ, & primitiarum, iureq. eas leuandi, & percipiendi, etiã quando dd. Terræ alijs personis arrendantur, seu ad colendum traduntur, & earum occasione quomodolibet sibi per dd. RR. DD. Decanũ, Canonicos, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. exaduerso principales, eorũq. Decimatores, Ministros, et alios pro eis agentes factis, præstitis, et illatis, vel forsan in posterum præstandis, et inferendis tueantur, et defendant, tueriq. et defendi faciant, permittant, et procurent. Et si forsan (quod non credimus) dd. Admod. RR. DD. Decanus, Canonici, et Capitulũ Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. exaduerso principales, cæteriq. contradictores, et Rebelles prædicti, mandatis, monitionibus, requisitionibus, inhibitionibus, et processibus Nostris huiusmodi, immò verius Apostolicis infra terminos eis respectiuè superius ex pressos parere, et obedire recusauerint pœnas, sententias, et censuras prædictas in eos, vt præfertur, latas damnabiliter incurrẽdo, ex nunc prædictis Subdelegatis Nostris sub d. Excómunicationis pœna cõmittimus, et mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis, et festiuis in suis Ecclesijs, Monasterijs, et Cappellis infra Missarum, et aliarum Diuinarum Horarum solemnia, ac alias vbi, quando, et quoties expediens fuerit, & pro parte dd. RR. Prioris, Monachorum, et Conuentus Monasterij, seu Domus Carthusiæ B. Mariæ Defensionis de Xerez de la Frontera principalium, vigore præsentium requisiti fuerint, seu alter eorum fuerit requisitus præfatos RR. DD Decanum, Canonicos, et Capitulum, Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. exaduerso principales. Contradictoresq. et Rebelles prædictos sic Excommunicatos, et respectiuè á Diuinis suspensum publicè denuntient, et ab alijs,

quantum

quantum in eis fuerint, denunciari faciant donec, & quousque aliud á Nobis, vel Superiore Nostro super hoc habuerit in mandatis. SI VERO dd. RR. DD. Decanus, Canonici, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. exaduerso principales. Contradictoresq. & Rebelles prædicti dd. Excõmunicationis, & suspensionis respectiué sententias per decé dies illarum denunciationé immediate sequen. pertinaciter sustinuerint, Nos, ex tunc quia crescente contumacia, & inobedientia, crescere debet, et pœna; ne facilitas pœne audaciam tribuat delinquendi, processus Nostros huiusmodi aggrauamus, dd. subdelegatis Nostris modo, & forma præmissis, præcipientes, quatenus singulis diebus Dominicis, & festiuis in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Cappellis infra Missarum, & aliarum diuinarum horarũ solemnia dictæ excõmunicationis, et suspensionis denunciationé reiterando, et innouando eosdem RR. DD. Decanum. Canonicos, et Capitulum Ecclesiæ Gadicen. exaduerso principales, Contradictoresq. et rebelles prædictos, vt præfertur excõmunicatos, et suspensum respectiuè denunciatos nominatim cãpanis pulsatis, candelis accensis, et demũ extinctis, et in terrã proiectis Cruce erecta, et religione induta aquã benedictã aspergendo ad fugan. demones, qui eos detinét sic legatos, et laqueis suis catenatos orando, quod Dominus Noster Iesus Christus ipsos ad Catholicã fidé, et Sanctæ Matris Ecclesiæ gremiũ reducere dignetur, ne eos in talibus peruersitate, et duritia dies eorũ finire permittat, cum decantatione Responsorij reuelabunt Cœli iniquitaté Iudæ, &c, et Psalmi Deus laudé meam, ne tacueris, &c. cum antiphona media vita in morte sumus totaliter, et his finitis ad Ianuas Ecclesiarũ suarum cum Clericis, et Parrochianis accedant ad terrorem, vt eò citius ad obedientiam redeát, tres lapides versus domos habitationũ suarum proijciant in signum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Chore, Datham, et Abyron, quos terra sustinere non potuit, sed iusto Dei iudicio illos absorbuit, vt infernum descenderent viuentes, et post Missam, et in

Vespe-

Vesperis, alijsque horis Canonicis, & sermonibus, seu concionibus publicis solemniter publicent, & denuncient, & ab alijs, quantum in eis fuerit, publicari, & denunciari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant, donec aliud á nobis, vel superiore nostro super hoc receperint in mandatis. VERVM, si præfati denunciati, & aggrauati aggrauationem huiusmodi per alios decé dies illius publicationé, & alios decem dies immediate sequen. animis (quod absit) sustinuerint induratis. Nos ex tunc quia peruersorũ audacia præsumptiua id exigit, vt vnica pœna non contenti fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum lædatur, qui suis superioribus obedientiá semper impenderunt, processus nostros huiusmodi reaggrauamus dd. subdelegatis nostris, vt supra mandantes, quatenus dicta auctoritate Apostolica omnes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus homines, & præsertim familiares, & seruitores dictorũ denunciatorũ et aggrauatorum huiusmodi modo, et forma præmissis, moneant, et requirant, prout etiá nos requirimus, et monemus eosdé ipsis, et eorũ cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excõmunicationis pœna districtius iniungentes, quatenus intra sex dies monitioné, et requisitioné huiusmodi ipsis factas immediatè sequen. quos sex dies ipsis, et eorũ cuilibet pro omni dilatione, terminoque peréptorio, et monitione canonicá asignent, prout nos eisdé asignamus à participatione, cõmunione, familiaritate, et seruitio ipsorũ denunciatorum, et aggrauatorum penitus, et omnino desistant, nec cum eis, vel eorum aliquo seruiendo, loquendo, conuersando, cibum, potũ, aquá, vel igné, aut aliqua negotia ministrando, aut aliquo humanitatis solatio, præterquá in casibus, et personis á iure permisis participare præsumant, seu aliquis eorum præsumat. Et si contrarium fecerint, nos in eos, et eorum quélibet cum dictis denunciatis, et aggrauatis rebelliter participantes, et contrafacientes ex nunc, prout ex tunc, et è contra dicta sex dierum canonica monitione præmissa excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, et etiam promul

 gamus

gamus dd. ſubdelegatis noſtris modo, & forma præmiſ-
ſis præcipien quatenus ſingulis diebus dominicis, & feſ-
tiuis in ſuis Eccleſijs, Monaſterijs, & Cappellis infra Miſ-
ſarum, & aliarum præſcriptarum horarum ſolemnia, ac
vbi, quando, & quoties expediens fuerit prædictos Chri-
ſtifideles, familiares, & ſeruitores, qui cū dictis denūncia-
tis, & aggrauatis rebelliter participauerint, excōmunica-
tos rādiu publicè denuncient, & ab alijs quantum in eis
fuerit publicari, & denunciari, & ab omnibus Chriſtifi-
delibus arctius euitari faciant, donec, et quouſque abſo-
lutionis beneficium deſuper meruerint obtinere. D E-
M V M, ſi prædicti denunciati aggrauati, et reaggrauati
reaggrauationē huiuſmodi per alios decē dies ipſius pu-
blicationē et dd. viginti dies immediatè ſequentes ſuſti-
nuerin, ac proceſsibus, mandatis, monitionibus, et inhi-
bitionibus noſtris huiuſmodi, immò verius Apoſtolicis
non paruerint cum effectu (quod Deus auertat) nos ex
tunc, quia mucrone non proficiente Eccleſiaſtico tēpo-
lis ſaltē gladius non immerito ſuffragatur, Auxiliū bra-
chij ſæcularis duximus inuocā. vt quos Dei timor á ma-
lo non reuocat, tēporalis ſaltē coerceat ſeueritas diſcipli-
næ. H I C eſt, quod vos Sereniſsimū, et Potentiſsimū
Principē, et Catholicum Regē antedictum prædicti
gladij in partibus illis principalē vibratorem, et iuſtitiæ
zelatorem in Domino hortamur. Voſque Illuſtriſsi-
mos, Excellentiſsimos, Illuſtres, et Magnificos Viros
Dominos Duces, Comites, Marchiones, Barones, Con-
ſules, Iudices, Officiales, et alios ſupradictos iuriſdictio
nem temporalē, et ordinariā per vos, vel aliū, ſeu alios
exercen quibus præſens noſter proceſſus dirigitur dicta
auctoritate tenore præſentiū requirimus, & monemus
vobis, et veſtrū cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, et
ſub excōmunicationis pœna quā in vos, et veſtrum quē
libet canonica monitione præmiſſa ferimus in his ſcripe-
tis, niſi feceritis, quæ mandamus diſtrictè præcipiendo
mandantes, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt ſu
pradictos terminos ſucceſsiue præ expreſſos, necnon
notifi-

notificationem, & publicationẽ præsentium vobis, seu alteri vestrum in Vestris Territorijs, Iurisdictionibus, & Districtis, ac requisitionẽ, Vobis pro parte dd. RR. Prioris, Monachorũ, & Conuentus Monasterij, seu Domus Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœcesis, principaliũ desuper factas immediatè sequentes. Quos sex dies Vobis, & vestrũ cuilibet pro termino peréptorio, & monitione Canonica assignamus. VOS omnes, & singuli Domini téporales antedicti quorvm omniũ super hoc auxilium brachij secularis inuocamus quoties, & quando pro parte dd. RR. Prioris, Monachorum, & Conuentus Monasterij, seu Domus Carthusiæ B. Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœces. principalium super hoc fueritis requisiti in Iuris subsidiũ contra prædictos denunciatos, aggrauatos, & reaggrauatos d. auctoritate Apostolica per captionẽ, inuasionẽ, incarcerationem, & detentionẽ personarum, corporum, rerum, cibariorũ eorundẽ insurgatis, et alios insurgere faciatis, necnon personas, corpora, res, et bona eorum, et cuiuslibet ipsorum inuadatis, incarceratis, et in firma, et tuta custodia teneatis, arrestetis, et occupetis per vos, vel alium, seu alios, et quilibet vestrum, qui super hoc requisitus fuerit, inuadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, et occupet liberè, et licité, super quibus omnibus, et singulis vobis, et vestrum cuilibet licentiã, et plenã potestatem concedimus per præsentes etiã manu forti absque tamen graui læsione corporum eorundẽ vsque ad integrã paritionẽ omnium, & singulorum præmissorum, ac donec, et quousq. dd. RR. DD. Decanus, Canonici, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Gadicen. exaduerso principales à molestationibus, vexationibus, perturbationibus, et impedimentis præfatis RR. Priori, Monachis, et Conuentui Monasterij, seu Domus Carthusiæ B. Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœc principalibus, eorũq. Ministris, Sindicis, Procuratoribus, Agentibus super exactione, et perceptione Decimarum, et primitiarum cuiuscum-

iuſcumque generis, & qualitatis, quæ ex Terris, Prædijs, ſeu Tenimenti de la Fuente del Suero nuncupati, eiuſq; mẽbrorum, & pertinentiarum recolliguntur, & ſoluuntur, ac colligi, & ſolui conſueuerunt, etiã quando contingit, dd. Terras in arrendã. ſeu affictũ dari, & concedi, ſeu per alias perſonas coli, & laborari, iureq; & exceptione illas leuandi, & percipiendi, factis, præſtitis, & illatis penitus, et omnino deſtiterint, dictoſq; RR. Piiorẽ, Monachos, et Conuentum tã præſentes, quàm futuros dictis decimis, & primitijs iuxta antiquã, et immemorabilẽ eorum poſſeſsionẽ frui, et gaudere, eaſq; liberè ab Arreodatarijs, Colonis, Laboratoribus, Decimatoribus, et alijs ad earũ præſtationem, traditionem, ſolutionem, et conſignationẽ obligatis exigere, leuare, et percipere permiſerint. Ipſique RR. Decanus, Canonici, et Capitulũ Eccleſiæ Gadicen. exaduerſo principales, cæteriq; contradictores, et Rebelles prædicti à contradictione, rebellione, impedimentis auxilio, conſilio, et fauore penitus, et omninò ceſſauerint, et ad Sanctæ Matris Eccleſiæ gremiũ redierint, ac beneficiũ abſolutionis á ſupradictis ſententijs, et cenſuris á Nobis, vel Superiore Noſtro meruerint obtinere. QVOD, ſi forte Vos Sereniſsime, et Potentiſsime Princeps, et Rex Catholice antedicte præſentis Noſtri proceſſus, et mandatorum Noſtrorum immò verius Apoſtolicorũ tranſgreſſor, contradictor, vel neglector fueritis (quod tamen Veſtræ Catholicæ Maieſtatis præfulgendę iã dudum per totum Orbẽ diuulgata obedientia ſuſpicari non ſinit) procul dubio Iuſti Iudicis officium offenderitis, & præmium aliàs pro exequutione Iuſtitiæ à Domino Deo Vobis paratum amiſeritis, licet Vos noſtris ſententijs ligari nolumus ob reuerentiã Veſtræ Catholicæ Maieſtatis non immeritó deferentes intuitu tamen Iuſtitiæ, et obſeruantię Sedis Apoſtolicæ, ac Santiſsimi D. N. Papæ reuerentiam eandẽ Veſtram Catholicam Maieſtatem ad præfatam executionem efficaciter adimplẽdam in Domino exortamur. ET GENERALITER dicti Subdelegati Noſtri omnia, et ſingula Nobis in hac parte commiſſa plenariè

exequa-

exequantur,iuxta traditam, seu directam à Sede Apostolica nobis formã. Ita quod ipsi Subdelegati Nostri, vel quicũque alij nihil in præiudicium dd. RR. Prioris, Monachorum, & Conuentus, Monasterij, seu Domus Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez Hispalen. Diœcesis, principaliũ valeant attentare, neque in processibus per Nos habitis, et sententijs per Nos latis absoluendo, vel suspendendo aliquid immutare. In cæteris auté, quæ eisdé RR. Priori, Monachis, & Conuentui principalibus nocere possent super præmissis in aliquo præiudicare, seu obesse, ipsis, & quibuscumq; alijs potestaté omnimodã denegamus. Et si contingat Nos super præmissis in aliquo procedere, de quo Nobis potestaté plenariã reseruamus, non intendimus propterea cõmissionem Nostrã huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsa in litteris Nostris specialem, et expressam fecerimus mentioné. Præsentes quoque litteras, sivè hunc Nostrũ processum executorialé, volumus penes dict. RR. Prioré Monachos, et Conuentum, Monasterij, seu Domus Carthusiæ Beatæ Mariæ Defensionis Oppidi de Xerez de la Frontera Hispalen. Diœcesis principales, vel eorũ Procuratoré remanere, & nõ per Vos, aut aliqué vestrum contra ipsorũ voluntatem detineri, contrarium vero facientes, præfatis Nostris sententijs prout per Nos in scriptis latæ sunt prædicta Canonica monitione præmissa volumus subiacere, mandamus tamen copiá fieri de prẹmissis eã petentibus, & habere debentibus petentium quidé sumptibus, & expensis. A b solutioné verò omnium, & singulorum, qui præfatas Nostras sententias, vel eatũ aliquã incurrerint quoquo modo Nobis, vel Superiori Nostro tantummodo reseruamus. IN QVORVM omnium, & singulorum fidem, & testimoniũ præmissorum prẹsentes fieri, & per Notarium publicum mandauimus. sigilliq. Nostri iussimus, & fecimus appensione muniri. DATVM Romæ apud Sanctum Petrum in Palatio causarum Apostolico, in quo iura reddi solent Nobis inibi de mane

K hora

hora audientiæ causarum solita, & consueta ad iura rededendum pro Tribunali seden. sub Anno à Natiuitate Domini millesimo sexcétesimo quadragesimo quarto, Indictione duodecima, die verò Sabbathi vigesima tertia Mensis Ianuarij Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D.N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ octaui, Anno Vigesimo primo. Præsentibus ibidem DD. Petro Franciscónio, & Antonio Martinello publicis Sacri Palatij Apostolici causarum Notarijs, Scribisq. Nostris Testibus ad primissæ vocatis, atque rogatis.

Locus † Sigilli.

Et quia ego Petrus Conttuenius Namurcem. Diœcesis publicus Apóstolica auctoritate, sacriq. Palatij Apostolici causarum Rotæ Notarius de præmissis rogatus fui, ideo hoc præsens publicum literatum executorialium Instrumentum suscripsi, & signaui in fidem requisitus. Locus ✱ Signi Notarij.

E visto el dicho traslado por su merced, el dicho Señor Doctor don Fernando Roman Cornejo Protonotario Apostolico, y auiendolo corregido, y concertado dijo, que en el inter ponia, è interpuso su autoridad, y judicial decreto para que valga, y haga fee en juizio, y fuera del, y lo firmò, siendo testigos el licenciado Luis de Bargas, el licenciado Antonio Gomez Presuiteros, y el licenciado Ioseph Garcia diacono, vezinos desta ciudad, el Doctor don Fernando Roman Cornejo. Ante mi Diego Naruaes Notario Apostolico.

